27 Omnes numeri quorum differentia eſt numerus primus ſunt adinuicem primi: niſi numerus ille numeret ambos, exemplum 52 & 35, differunt in 17. numero primo & 17 non numerat 35 igitur 35 & 52 ſunt inuicem primi, omnes igitur numeri vnitate differentes ſunt inuicem primi.

28 Si duo numeri differant per numerum compoſitum & alter eorum differentiæ communicet illi erunt inuicem compoſiti, vt 48 & 30 differunt in 18, qui eſt compoſitus ad 30 ideo 30 & 48 ſunt inuicem compoſiti. Vbi autem 18 non eſſet iſtorum, differentia tunc non ſequitur. Vt 15 eſt compoſitus ad 8 & 15 qui tamen inter ſe ſunt primi.

De eiſdem numeris ſecundum Boëtium.

29 Numeri ſolidi ſuperficialeſque apud Boëtium alia intelliguntur ratione quam apud Euclidem. Nam quadrati & cubi apud Boëtium à forma dicuntur: apud Euclidem autem propter multiplicationis genus, ideo apud Boëtium etiam numeri primi poſſunt eſſe ſuperficiales & ſolidi & pentagoni ac pyramidales. Linearis itaque quilibet numerus qui Figura non conſtituit & ſic omnes numeri lineares dici poſſunt. Solus autem binarius ſic linearis eſt quod non poteſt eſſe ſuperficies Exemplum habes in Figura.

30 Superficialium quidam ſunt trigoni quidam quadrati, alij pentagoni, alij exagoni. Trigoni igitur careant ſic conſtituta naturali numerorum ſerie iunge ab vnitate omnes & conflabũtur trigoni, exẽplum iunge 1 & 2 fit 3 primus trigonus iungo etiam 1. 2. 3. fit 6 ſecundus trigonus. Iungo 1. 2. 3. 4. fit 10 tertius trigonus, & ſic de 15 & 21. Quomodo vero figuram trigonam efforment vides.



31 Quadratorum vero creatio fit ex imparium ſerio omnibus ab vnitate iunctis. Et ideo conſtant quadrati numeri apud Boëtium, alia cauſa quam apud Euclidem. Veruntamen ſunt ipſi quadrati iidem apud ambos & in hoc conueniunt. Exemplum igitur conſtituta imparium ſerie iungo 1 & 3 fit 4 primus quadratorum, iungo etiam 1. 3. 5. fit 9. ſecundus quadratorum. Iungo etiam alios eodem modo vt fiant quadrati ſemper aſſumendo omnes ab vnitate impares & eos ſimul colligendo. Sed figura quadratorum eſt vt vides à latere aſſumptis totidem ex vtraque parte ſecundum longitudinem & latitudinem. Sed quadrata ſingula fiunt ex ſuis trigonis correſpondentibus & præcedente vt prima figura quadratorum conſtat ex prima trigonorum & vnitate, ſecunda quadratorum ex prima ſecunda trigonorum, & tertia quadratorum ex tertia & ſecunda trigonorum iunctis capitibus aduerſis vt vides.



Pentagoni autem creantur ex ſerie numerorum ab vnitate ſumpta, duobus ſemper intermiſſis inde addendo omnes ab vnitate vſque ad eũ quem conſtituiſti vltimum, forma vero illorum eſt quam vides. Vt autem modum illius cognoſcas, ſcire debes quod ſicut quadrati ex trigonis fiunt ſic pentagoni ex quadratis ac trigonis: ac rurſus exagona à pentagona & trigona ei correſpondente. Et generaliter omnis figura fit à præcedente ſui ordinis & trigona vel vnitate ſi nulla ſit præcedens, exemplum prima eptagonarum ex ſecunda exagonarum & prima triangulari & tertia eptagonarum, ex tertia exagonarum, & ſecunda triangula. Et ſic ſeptima eptagonarum ex ſeptima exagona & ſexta triangula & ſic de aliis. 32

Verum creatio ex numeris generalis ſic habetur conſtitue ſeriem numerorum tribus ſemper intermiſſis minus ab vnitate quam ſic habet numerus laterũ & illos iunge ſic in trigona nullum intermittens in quadrata, vnum, in pentagona, duos, in exagona, tres, in eptagona quatuor, & ſic de aliis inde colligendo habebis numeros ſuperficiales, vt in Exemplo. 33

Trigoni ſeries 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.
Trigoni numeri 3. 6. 10. 15. 21. 28.
Pentagonorum ſeries 4. 7. 10. 13. 16.
Pentagoni numeri 5. 12. 22. 35. 51.
Eptagonorum ſeries 1. 6. 11. 16. 21. 26.
Eptagoni numeri 7. 18. 44. 65. 91.
Quadratorum ſeries 1. 3. 5. 7. 9. 11. 13.
Quadrati numeri 4. 9. 16. 25. 36. 49.
Exagonorum ſeries 1. 5. 9. 13. 17. 21. 25.
Exagoni numeri 6. 15. 28. 45. 66. 91.
Octagonorum ſeries 1. 7. 13. 19. 25. 31. 37.
Octagoni numeri 8. 21. 40. 65. 96. 133.

Ratio